Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

neracionis. Radix eius ab umbi-
lico est sicut radix virge a renibus.
Unde et umbilicus est luxurie locus
in feminis. sicut in viris renes.

De Renibus.

Renes hominis sunt sicut renes
vacce ut dicit aristotiles. Ren
dexter est altius situs rene sinistro.
et pinguedo dexter minor est sinistro.
In renibus luxurie locus in viris. a cor-
de enim vena transit ad eos. per
quam res apprehensa et intellecta
descendens concupiscitur. et amatur.
Cor enim sedes amoris est. In re-
nibus ergo mediante cogitatu concupi-
scencia amoris ignitur et accensis
renibus ardor multiplicatur ad
virgam. sicque fluxu a renes u-
niversaliter descendente, sanguis
per que apprehensiva ac intellecti-
va amoris virtus invenus mi-
nistratur. oculeus semen eicit per
meatum.

De Anchis.

Anchas homo habet loco caudarum.
Omne enim animal quadrupes
ut dicit aristotiles caudam habet. Homini
transit in anchas quod aliis bestiis in
caudas. et eadem ratio est quod ursus
vel simia caudis carent. quia habent
anchas ut homo. Propterea vida natura
posuit caudam ad cooperationem exitus
digestionalis. hoc ergo faciunt anche in
homine, quod caude in quadrupedibus.

De Sponsalibus.

Sponsalia sunt fulcimenta renum
et continent locum ab anchis usque
ad genua. Vestiuntur ossa spondi-
lium multa carne. et hoc ut grossici-
es superior respondeat inferioribus
et statum debitum membris in plantis

velud in basibus columpnarum. In-
ferioribus spondilia quasi grossiora
capitella sustentent. ut tota
machina corporis convenienter ac
firmiter in infirmioribus fulciatur.